

ANIMADVERSIONES
IN FENNICAM BIBLIORUM SACRORUM
VERSIONEM,

QUARUM

PARTEM SECUNDAM

APPROB. MAX. VENER. FACULT. ABOËNS.

PRÆSIDE

Mag. JACOBO BONSDORFF,

S. S. Theol. Doct. & Profes. publ. & Ordin.

Facult. Theol. h. t. Decano,

PUBLICO EXAMINI MODESTE OFFERT

JOHANNES LEONARDUS GUMMERUS,

Ostrobotniensis.

In Auditorio Theol. die XXVI Maji MDCCCXXIV.

b. p. m. s.

ABOÆ, Typis FRENCKELLIORUM.

CHAPTER I. THE DISCOVERY OF AMERICA.

The first discovery of America was made by Christopher Columbus in 1492. He sailed from Spain in August and reached the island of San Salvador in the Bahamas on October 12th. Columbus's voyage was sponsored by King Ferdinand and Queen Isabella of Spain. He believed he had found a new route to the Indies.

THE DISCOVERY OF AMERICA.

Columbus's discovery of America opened up a new world of possibilities for Europe. It led to the colonization of North America and the development of a global trade network. The discovery of America was a turning point in world history, as it brought the two halves of the world together and set the stage for modern civilization.

The discovery of America was a result of the age of exploration, a period when European nations were seeking new lands and trade routes. Columbus's voyage was one of the most important of these expeditions. He was the first European to reach the Americas, and his discovery led to the colonization of the continent.

The discovery of America had a profound impact on the world. It led to the development of a global trade network and the colonization of North America. It also led to the development of a new world of possibilities for Europe.

GENESIS.

Cap. 2: v. 4. *Ia ndin on taivas ja maa tullut*; sensum quidem exprimit fere eundem cum textu: מלאה חולרה, sed nulla erat necessitas divagandi a verbis; etenim si in uno & altero loco litteram quis deseruerit, quidni in multo pluribus idem faciet? verba textualia sunt reddenda: *Tämä oli taivan ja maan alku*, vel *synty*. Ita quoque de Vette, al.

Cap. 4: 1. Eodem fere vitio pleræque recentiores laborant versiones, Lutherum secutæ, quod particulam אה Accusativi loco habuerint, quasi Eva pronuntiaverit se peperisse virum, Jehovah i. e. Messiam. *Minulla on mies Herrä*. Mira utique acclamatio! antiqui longe rectius, *Invadente & sensu & lingvæ Hebrææ genio, δια του Θεου per Deum*, i. e. Deo juvante, efferunt; Samarit. & Onkel. *a Deo*. Etenim אה originem אהה venire redolens, primitus *id quod accidit, rem, personam, conjunctionem* significasse & promiscuum præpositionum *ad, cum, a* tenuisse videtur usum. Parallelus saltem locus Gen. 49: 25, in quo אהה *a Deo* & אה שרי *ab omnipotente* synonyma sunt, hunc nostrum bene illustrat; conf. etiam Gen. 6: 13. Hodierni ergo rite transferunt: *Deo juvante* Dath. *mit Hülfe Jehovahs*, De Vette, *mit Gott*, Gesenius, *med Jehovahs hjælp* Knös; Fennice eslet: *Herran avulla*, nisi concisius dixeris: *Herralda*.

Cap. 4: 7. Difficillimi hujus versus prius hemistichium ita in vulgari nostra versione transfertur: *Jos byvin toet, niin syndis andexi annetan*, inopportuno sacis sensu; nam quomodo ex bene agendo remissionem peccatorum derivabit quispiam tanquam consequens? Non attendit interpret ad præcedentem versum, qui

B

cla-

clavem quasi tradit ellipticæ dictionis חַמּוּשׁ *elevatio*; nam quemadmodum verba פָּנָיו פָּתַח *cur subsidit*, dejectur *facies tua* iram innuunt, quia propter iram & tristitiam humi defiguntur oculi, ita ex opposito *elevatio* (scil. vultus) indicat animi hilaritatem & bonam conscientiam. Quis boni conscius non sursum & in altum tollit lætus faciem, ad innocentiam suam declarandam? malus autem, torvo & demisso intuens vultu, fraudem prodit ac malitiam. Rite ergo de Vette & Knös cum Michaël. & novo. Svecico reddunt: -- *hvarföre är dit ansigte nedslaget? är det icke så om du gör det godt är, så kan du se upp* (i. e. frimodigt uplyfta ögonen) Fennice: *mixi filmäs alaspainat? Ejdkö se niin ole? jos hyvin teet, niin saat vel rohkenet filmäs ylösnostta*; Sequentis hemistichii verba bene reddidit noster, imaginem leonis aut hostis cujuscunque, ad ostium (scil. antri sui) recubantis insidiantisque, ad peccati illecebras denotandas referens. *Syndi väijyy oven edellä*. m. m. Contortas multorum explicationes non est quod hic resumamus ac diluamus.

Cap. 4: 8. Vulgarem textus lectionem sequitur Fennicus metaphrasta cum Luthero, nov. Svecico & plerisque; omnes autem antiqui, Samarit. Alex. Vulg. Syr. Targ. Jonath. & Hierosol. כלבם הרמה *eamus in campum*, quæ quia imprimis in Codice Samaritano, antiquissimo hoc fonte, legantur, & ad sensum explendum maxime necessaria videantur — *dixit Cainus Abeli*: (eamus in campum, in textum quoque receperunt hæc verba Michaelis & de Vette. Qui opem vulgari textui adferre nituntur, ita ut verbum אָמַר ex Arabismo *gravis, durus fuit* explicent (conf. Dath. Hezel Hebraismo inimicam ferunt sententiam, nullo modo adprobendam. Quod si vero allata illa verba textui ipsi Fennico inferre religioni quis duxerit, nihil obstat, quo minus in notula adnotentur; *Käykämme kedolle*.
Cap.

Cap. 4: 23. Verba textus: להברתי - לפצעי איש להרגתי
 non omnino facillima esse ad verum fundendum sensum, mira probat Interpretum discordia. Lutherum secuti nos-
 ter & svecus recentior, nec non Michaelis, supponunt quidem recte, Lamechum mentionem facere cædis per-
 actæ, mox autem in futuro tempore fingere se strenuum bellatorem septuagies septies vindictam ab hostibus sum-
 turum, quæ est ingeniosa, sed vaga hypothesis Herderi; nam quomodo in universo hoc contextu potuit Lamechi cædes ficta siue attentata cum Caini fratricidio vero comparari & utriusque vindicta invicem conferri? Ad fidem pronum est, Lamechum commisisse cædem, ejusque causa vindictam ei fuisse metuendam, sed quia cædem com-
 misit non propter malitiam, ut Cainus, sed propter plagas & vulnera, quibus afficiebatur a juveni quodam, erat ei justa spes avertendæ poenæ ultionisque. Propterea poetico animatus spiritu cecinit, innocentia suæ, saltem involuntariæ actionis sub conscientia: si Cainus pacem a Deo impetraverit, ultiones non timens, quanto magis Lamechus, si dira quævis in posterum pateretur, multiplici tamen (septuagies septies) vindicta hostium hanc suam mortem esse compensandam, sperabit. Ceterum patet ex parallelismo, non duas cædes, viri scilicet אדם & filii בן commemorari, sed tantum de uno viro juve-
 ne, utroque in membro, dici. Particulam autem ה in וצפתי cet. non posse h. l. commode illativam habere potestatem: *in plagas, vulnera mihi metuenda aut inferenda, sed causalem induere vim: propter plagam, vulnera mihi illata*, orationis scopus & analogia lingvæ frequens e. c. וצפתי propterea Job. 37: 1. indicat. Causam enim addit Lamech, cur vicum juvenem interfecerit, quia nempe hic eum aggressus fuerat & vulneraverat; unde quoque justam ipsius cædem pronuntiavit, a nullo ulciscendam. Ali-
 ter si statueretur, quomodo nexus sententiarum: *virum oc-*
cidi

cidi — *vulnus meum* i. e. mihi factum, appareret? Hunc ergo in modum versio nostra adornanda esset: *minä olen miehen tappanut minun baavani täbden, nuorukaisen sinimarjani täbden.* aut si malueris — *joka minua baavoitti, — joka sinimarjaa minulle andoi.*

Cap. 6. 3 Non mirum est, Fennicum Interpretem aliquatenus delusum in difficillimo hoc versu fuisse, quum plerique Antiqui & ex recentioribus optimi sensum textus utcunque expresserint. In eo tamen Lutherus, cum suis & quidem plerisque, laudandus est, quod principalem tenuerit ideam reprehensionis Divinæ, vitioso humano generi factæ, quæ sine omni dubio in vocabulo ירון, quod idem est ac ירון *disceptabit*, arguet, latet, & ab Hieronymo & Symmacho rite transfertur: *judicabit*, קצת. Qui enim animum adverterit non modo ad præcedentia, in quibus taxatur piorum hominum cum lasciva stirpe conjunctio matrimonialis aut forte vaga, sed etiam ad subsequenta, dilationem pœnarum Divinarum continentia, verba & insuper ad vers. 5. 6 7. ubi gravissima taxantur hominum scelera, non nisi cum summa extinctionione expianda, — non is omnino anxie dubitabit de sensu verborum, aut ad alia dilabatur interpretamenta, quibus nominandis supersedemus. Vocabulum vero בשעם, quod a שעה *erravit* ortum ducit & cum ירון haud male coheret, antiqui omnes tanquam particulam ex באשר, גם forte contractam habuerunt, conjecturæ plus quam usui lingvæ & textui fidentes, hincque nostrates cum Luthero causaliter *quia* interpretantur, *sillá bân on liba*. Quum vero nulla justa causa sit deferendi usitatum vocabuli ש (infin. form) significatum, contextui aptissimum, merito eum cum Dath. Michaël, Novo Sveco, Gesen. cer. præferimus, & nexum totius orationis hunc facillimum judicamus: Nolo perpetuo (in æternum) redarguere homines
prop.

propter eorum errores — Fragiles enim sunt; dabo ipsis centum & viginti annorum terminum, scilicet ad resipiscendum) i. e. nolo adhuc punire homines prout meruerint sua ob flagitia, sed expectabo donec forte resipuerint. Hanc autem spem fuisse irritam docet versus 6. — Quod reliquum est, notamus verba: *sanan kautta* in Fenn. esse explicationis tantum causa addita, nec ad textum pertinere. Locus ergo sic vertendus: *Ej minun bengeni pidá nubteleman ibmistá ijankaikifesti bānen (heidán) syndins (erhetyxens) tábden; Hån on liba.*

— v. 4 In vocabulo נפלים propius definiendo versabimur. Fennicus transfert *Sangarit*, sed nullo modo textui convenienter, nec sibi metipsum constanter satisfaciens; nam locus parallelus Num. 13: 34 quem plerique recentiores conferre neglexerunt, manifesto prodit, Mo- sen ejusdem naturæ s. staturæ homines utroque in loco commemorare. Quales ante diluvium inveniebantur proceræ staturæ homines, quos Græc. Alexandr. γίγαντες, Vulg. *gigantes* appellat, tales quoque Mo- sis tempore in Cananea inveniri gente a speculatoribus perhibebatur, eodem nomine, sed ex Enakim stirpe. Huc forte respiciunt verba textus: וגם אחרי כן *immo etiam postea* — quæ Scrip- toris continent observationem accidentalem, ad filium ip- sum orationis præsentis proprie non pertinentem. Nomen ipsum, a נפל descendens, proprie *grasfatores, invasores* in- nuit, Metonymice vero de proceris hominibus, *giganti- bus* valuisse, antiquorum interpretum ex testimonio con- cludimus; Arabicum نفل *largiri prædam aut munus dare* huc veriori modo spectat, quam نفل, quod a sagacissimo Gesenio quidem confertur, sed pertinet ad Hebr. נבל *marcescere, concidere*, in Arab. dialecto *jaculari, excellere, certare sagittis*. Gigantes appellantur citato lo- co Num. 13: 34. *calewat, birmuiset* iidem ac *juu:i pitkât ibmâ-*

ibmisset. Igitur quoque hoc nostro loco *calevat* vel *pitkät* *ibmisset* pro *Sangarit* substituuntur necesse est.

Cap. 7: 11. Hebraica vox *קַרְבַּת* *cataractæ* cœli non opportuno satis vocabulo Fennico: *akkunat* ut quoque Svec. *fenster* exprimitur, quare recentior Svecus recte emendavit in *skyar*; nos vero dicere possumus *aukot* sive *Laukut*. De Cap. 8: 2. idem valet.

Cap. 12: 1. Fenn. *oli sanonut*. Plusquamperfecti autem temporis idea minus apta aut necessaria. Tricissimum *יָמֵךְ* semper fere imperfecti vim tuetur. Herra *sanoi*.

Cap. 17: 13. *Libasa ne* quidem verbotenus redditur; Subit vero mentem, aptiori vocabulo *ruumisanne* circumcissionis actum describi posse.

Cap. 26: 16. In tanta textus ambiguitate & Interpretum summa varietate neutiquam taxamus Fennicum, qui sensum vocabuli ultimi *יָבִיחָהּ* ita circumscribit: *ja niin wabwistettin* (*bänen nubdettomudensa*). Forte tamen, si rationem habemus præcedentis locutionis: *velamen faciei tuæ*, quod, ex more orientalium, maritatis fœminis superinduci solebat, manifestatio sive demonstratio illa propius spectabit maritalem Saræ statum; capitis quippe velamine demonstrabat se esse maritam. Aliud quippe in serie orationis non quæritur, & verbum *יָבִיחָהּ*, quod proprie videtur significasse *manifestus* fuit, in Niphal rite valet *manifestari*, *demonstrari*. Sed legendum sine dubio in secunda perf. *יָבִיחָהּ* *demonstraberis* apparebis (Vulg. *memento te deprebensam*). Inconcinne & præter rem alii notionem defensionis (Antiq. Svec. *en försvarare*) sive pœnæ (*und dies var ibre strafe*, Hæzel) ex eadem hac radice extorquent, aut quoque radicem *יָבִיחָהּ* ex Arabico usu *maritus* fuit illustrant,

lustrant. Cavendum quippe est, ne insolitos significatus ex peregrina sive cognata lingua in Hebraismum intrudamus. Vertimus ergo: *ja osotat itfids* (vel *vahvistat itf.*) (*naittuna*)

Cap. 22: 14. Postquam Deus angeli cujusdam ministerio apparuerit Abrahamo in loco, quo ad immolandum filium suum graviter hic tentaretur, ab his vero feliciter liberaretur tentationibus, mirabilem hunc Divinæ apparitionis ac providentiæ eventum, istis temporibus convenienter celebrabat eo modo, ut nomen monti daret: *apparuit Iebova*. Hanc ideam non stricte exprimit noster verbis: *Herra an edeskatsfova*, & *Herran vuorella edeskatsotan*. Rectius omnino sonaret utroque loco hujus versus, quem admodum in Alexandr. Gr. *νεγίος ωφθν*, *Herra ilmestyi*.

Cap. 24: 56. Est in Svec. & Fennico, pariter ac antiquis ambiguitas quædam inde enata, quod diversa nomina Hebraica *Iebova* & *dominus meus* (scil. herus) eodem nomine *Herre*, *Herra* transtulerint; Sed evanescit hæc incongruentia, si Jehovahæ vocabulum *Jumala*, & מְרִיבֵי *mirin herrani* vel *isfändäni* vertatur. Qui Jehovahæ nomen vernaculis lingvis inferre amant, v. c. de Vette, Gesenius citius non vero tutius rem expediunt. Peregrina enim vocabula non nisi extrema necessitate & longo urgente usu sunt adoptanda.

Cap. 27: 40. Luther. Svec. Fenn. cet. ex conjectura pluribus Lexicographis communi, explicuerunt רָרָר, quasi idem esset ac רָרָר *dominari*; sed vero gravissimis argumentis, tum ex contextu locorum quatuor, in quibus occurrit, tum quoque Arab. ex lingua petitis demonstrarunt Schröder. Dath. Gesenius al. verbum Hebraicum valere: *huc illuc agitari*, vagari, unde tropice de animi commotione Pl. 55: 3. & hoc nostro in ioco, aut eodem vagandi

di aut reluctandi sensu sumendum esse videtur. Græcus καθελής, vulg. *excitias* Hiphilicam s. activam prætulere notionem minus aptam, quia sequens dictio: *jugum a collo suo excutere* præsupponit aliquod causale, scilicet: *quum* (במש) *reluctatus fueris, contraniteris, animo vagaris*. Attentus quisvis lector nexum videbit sententiarum in textu propositarum: *servies fratri ad tempus — vagaberis ab eo* i. e. *reluctaberis — jugum excitias*. Fennica igitur verba: *Ja tapabtuu, että sinä myös tulet Herraxi* hanc fere possunt emendationem: *Ja tapabtuu että vastabakoisufesas järjet bänen ikeensa*.

Cap. 30: 35. Levioris forte momenti est, utrum Hebraicum חמר *niger* enuntietur in nostra lingua *ballavat*, ut est in versione vulgari, aut *mustat*, ut littera jubet. Interim adnotetur differentia.

Cap. 49: 8. Qui syntaxin hebraicam nominativi absoluti, cum affixo personæ constructi, consideraverit, non opus habebit vernaculis in lingvis eundem sectari morem, sed nominativum in accusativum aut alium casum transmutabit. Quid enim emphatici inest in hac Fennica versione: *Juda, sinä olet, sinua pitä sinun veljes kiittäjän —?* Otiosa sunt: *sinä olet*. Ita quoque versu 19. *Gad bän on, hävelle* pro simplici: *Gadille* cet. Neque tamen negamus, interdum, v. c. Ps. 9: 7. emphatice poni nominativos absolutos, eosdemque posse quodammodo exprimi circumlocutionis ope, *quod attinet ad*, sed in historico & vulgari pœtico stilo non idem valet.

Gen. 49: 10. Hebræa sunt verba: *ל יקרה עמים et obedientia gentium*, pro: ei obedient gentes. Rarius vocabulum יקה ex Arab. radice *obedire* rite illustrarunt recentiores Lexicographi. quum antiqui interpretes, Græc. προσδοκία Vulg. *expectatio* radicem יקה cogitasse videntur,

antur, alii vero קה *aggregari* in mente habuerint. Sic Luther. Ihm gehöret die verlamling der völker Fenn. *Hänesä kansat rippuvat kiini*. Rectius: *Händä kansat tottelevat*.

EXODUS.

Cap. 8. 12. 13. 14. secundum Hebraicum textum sed 16. 17. 18. secundum Lutherum & nostrates, qui Græc. Alexandrinam sequuntur versionem. Vulgarem interpretationem vocabuli כּיּם de *pediculis*, ex Josepho & Judæis, tam antiquis (Chald. paraphrast. Jonath. Onkelos, Samarit. Arab.) quam Talmudicis recentioribus, nec non Muhamede in Corano studiosius jam probatam munitamque voluit eruditissimus *Bochart* Hierozoici P. 2. Cap. 18. ejusque vestigiis insistent Lutherus, J. H. Michaelis, cum plerisque; merito autem hanc opinionem enervarunt ac deseruerunt recentiores optimi interpretes inde a Joh. Dav. Michaëlis & Dathii ætate, Hezel, Ödman, Gesen. Vater, Svec. Rec. al. non quidem etymologiam, utpote in hac re incertam, sed veterum testimonia minime dubia secuti. Citante enim *Bocharto*, in suæ sententiæ patrocinium, Chaldæi & Talmudicorum auctoritatem, longe æquius censetur, aliquos allegare testes, qui Ægypto propiores Ægyptias res historicas melius describere potuerint. Tales sunt Græcus Alexandrinus (vulgo LXX viralis nominatus) & Philo, Origenes, Augustin. Orosius, qui omnes *σκνιπας* *Scinipes* i. e. culices describunt, utpote insectum Ægypti minutissimum, infestissimum hominibus. Culicem *repantem* (*mosquite*), *Haselquistio cypri* nominatum intelligit sagacissimus Ödman, eundemque probat esse, qui Lappo: nibus nostris & Tungusensibus familiaris infinitis agminibus infestare corpora perhibetur. In Ægypto post Nili inundationem palustribus inprimis in locis nasci hocce In-

C secti

fecti molestissimum genus, Hymenopteræ Classis, *per aëra volitans, ita subtile & minutum ut oculi visum nisi acute cernentis effugiat* (Orig.) testantur quoque Itinerarii omnes, Ödmannio citati in *Svöddas Saml. utur naturkunn.* — T. I. p. 65. — 77. Hinc ergo Fennicam versionem emendandam esse postulamus, mutatis *táit & táixi* in *mákárát & mákáríxi*. quocirca nullum amplius dubium cuivis oborietur. Quod de cetero res ipsas has mirabiles Divino extraordinario consilio effectas spectat, ad præsens hoc nostrum institutum non pertinet, ut disleramus.

V 21. 22. Quantum in præcedentibus delusus fuit interpretres noster, tantum in his versiculis acutius vidit ערב non esse mulcas, sed *Blattas orientales, turilat*, quod in laudem ejus dixisse haud poenitebit.

Cap. 12: 36. Est hic locus omnino primarius nominandus fons, ex quo iniquiori censura Mosen Israelitasque perstringendi materiem sumserunt nonnulli, quasi piam fraudem & furtum committendum his commendaverit ille. Mutuo enim sumsisse Israelitas ab Ægyptiis tantas auri argentique copias, tot pretiosissimas res, neque ea omnia ipsis restituisse clamitant infensiores rerum Judaicarum æstimatores, hunc Biblicum allegantes locum, a translatoribus multis antiquis; v. c. *Vulg commodarent* Græc. *εχρησαν αυτοις*, & hodiernis, *Luthero gelieb n hatten* Svec. *Ant. att de lante dem Fenn. lainaisit beille*, perperam aut saltem non ad litteram translaturum. Textus tamen v. 35. expresse docet, Israelitas *petiisse* ושאלי ab Ægyptiis vasa argentea & aurea & vestes; cui petitioni ita annuebat populus Ægyptiacus, Deo sic animos omnium flectente, ut rogata darent, ושאלי i. e. solverent quæ ab Israelitis petita erant. Nihil ergo in textu definitur, utrum dono aut commutato aut alio sub titulo res suas pretiosas Israelitis, ex Ægypto jam migrantibus, tradiderint Ægyptii, licet quo-

quoque Gesenius id innuat. Illud tamen certum est, non posse mutuari ideam sive expressæ litteræ, sive ejus sensui adfingi, siquidem eo jam deventum esse facile intellexerant Ægyptii, ut Israëlitarum non modo arva, sed etiam domos & utensilia varia relinquere cogerentur, nec stipendia laborum suorum, sub diuturna servitute enixorum, capere alio modo possent, nisi traditis eorum in manus pretiosioribus rebus, quæ quodammodo æquivalerent aut in damni reparationem substituerentur. Nemo enim sanus unquam Israelitis jus compensationis denegabit potiundæ, innumeras suas ob operas, calamitates & residuas opes. Cum vero Ægyptii, quibuscum in Gosenitide & finitimis regionibus vixerant, benevolo & voluntario animo traderent quidquid petierint illi, nullam commodati ejusque restituendi fingentes sibi ideam, quin etiam festinanter ut discederent Israëlitarum urgerent, (ut patet ex vers. 33.), nulla his opus fuit violenta ab illis reparationem extorquendi arte. Et si vel maxime regeret quispiam, Pharaonem, qui servitute Israelitas oppreserat, unicum habendum esse malorum auctorem, adeoque etiam restitutorem, non autem Ægyptios, cogitet is plerasque operas Israelitarum serviles Ægyptiorum in emolumentum factas & propterea refarciendas ab iis fuisse, nisi serviliter adeo quis existimaverit, omnia dira & injusta esse servis patienda, non modo a Tyranno imperante, verum etiam violentissimis aliis usurpatoribus, quia dudum servile jugum ipsis impositum sit. Sed nolumus diutius hacce de re commentari, a) satisfactum consilio nostro arbitantes, si accurata versione textus obex immaturis judiciis positus intelligatur. Fennica ergo hæc prodit versio: *ettå be annoit mitå anotiå* — Nov. Svec. *så att desse lemnat dem boad de begårt.*

C 2

Cap.

a) Conf. præ primis Hezel in notis ad h. l.

Cap. 22: 2. Concisa locutio: אֵין לֹא דַמִּים non tam translata quam illustrata est apud nostrum: *Ēi pidá tap-paian veren vikapáá oleman.* Similiter Vulg. *percusor non erit reus sanguinis*; sed pressius ad litteram, nec non evidenter habet Alexandr. εχ εσιν αυτω φονος, non est censa caedes, in fure scilicet mortuo deprehenso: affixum nempe in לֹא praeedentem נִבֵּי *furem* spectat, cujus mors non est caedes, adeoque nec vindicanda. Nervose in lege Fridericiana, Mistg. B. c. 40: §. 7. id exprimitur: *vare ogildt.* Forte ergo verba legis Mosaicae hoc modo transferenda, *Ej ole veren vika, aut: ej pidá bánen verens kostettaman.*

Cap. 23: 1. Legislatoris consilium in verbis: אֵין לֹא דַמִּים שֶׁמֶע שֶׁמֶע *ne proferas, divulges, rumorem falsum,* háud spectat iudices in sententiis ferendis, quemadmodum Iudæi cum Onkelos & Alexandr. παραδεξή Vulg. *suscipies,* hincque multi recentiores in Op. Anglicano & apud Starkium citati, Vet. Svec. *Du skall ej tro — Fenn Ej sinun pidü uskoman valbeita,* conjectasse videntur, sed in genere valet de omnibus, ne falsum de proximo rumorem spargant sive divulgent, atque eo ipso ad proximi damnum conferent. Neque enim hic esse potest sermo de vagis quibusdam rumoribus imprudenter adauctis, sed contumeliosis dictis, mendaciis, voluntario animo diffamatis. Hebraicum נִשֵּׂא *ferre, proferre, elevare* de rumore falso, non proferendo, dicitur, eodem fere idiotismo ac præceptum Decalogi secundum (Exod. 20: 7.) *nomen Deine temere (falso) proferas* Proferre autem, quod quis audiverit, falsum, idem est ac propalare falsa. Integram igitur sententiam sic dabimus. *Ej sinun pidá nostaman tedesuttaman) julistaman (valbeita) vääran sanoman.*

Sequentia textus verba transfert Noster: *Ettäs auttai-
sit Jumalatoinda ja tulisit vääráxi todistajaxi, nec dissi-
mula-*

mulamus, phrasin ambiguum: *ponere manum cum altero* posse generaliter sic explicari, sed quum versio fida textualem tropum, si non iisdem semper verbis tamen aptissimis, significare debeat, & tropus hic societatem cum alio factam manifesto indicet, substituimus jure: *Ejká* (scilicet, *pidásnun*) *suostuman oleškeleman Jumalattoman kanssa. niin ettäs tulisti vääryden todistajaksi.* Hebraicum ער חמס non innuit testem violentum s. falsum, ut Gr. habet *μαρτυρῶν ἄδυνος* Vulg. *dicas falsum testimonium* sed violentiæ in alterum commissæ testem. Qui enim cum impio homine commercium habuerit, quamquam ipse actualiter non committat idem ac ille scelus, tamen particeps est ejusdem, quia nec manifestaverit nec se a societate illa subtraxerit, aut eidem oblitterit, ut potius adprobaverit, quin etiam sæpius falsum perhibuerit testimonium. Michaëlis quidem utrumque conjungit, licet in contextu non legatur: *Du sollst — dich nicht mit dem ungerechten verbinden, durch falsches Zeugniß andere in unglück zu bringen.* Verum enimvero hoc est commentari, non vertere. Vocabulum חמס, quod proprie valet *excutere* v. c. folia, vitem, tropice de violentia & injuria usurpatur; commode autem non potest de teste fallaci explicari, nam is dicitur vir שקרם, כזבים fraudum, *fallaciarum, mendaciorum*, conf. Prov. 19: 5. 21: 28, sed ad רשע hominem impium referatur, cujus est specificus character, ut injuria afficiat alios.

Cap. 25: 10. Indifferens per se esse potest, utrum Hebraicum, שטימ *sittim* totidem verbis legatur perinde ac Alex *ακακία* vulg. *Setim Fennice Sittimipuu*, aut secundum veram denominationem *acaciæ*, Spinæ Ægyptiæ, ut recentioribus placuit, transferatur *Acacia puu*; Interim tamen consultius forte erit, in textu retinere *Sittim* & in notula explicare: *acaciapuu*.

Cap.

Cap. 30: 10. Satis idoneo verbo non exprimit noster textuale כֶּסֶף, quod quidem in Pielica forma vulgatissimam *expian*di, *purgandi*, *condonandi* vim habet, Fennico *sovittaman* rite respondentem, sed in connexionione cum ara aut sacrificiis & sanguine, ipsum actum sacrificandi & consecrandi involvere videtur, ut quoque ex parallelo loco Levit. 7: 7. patet. Nostro loco Moles aram suffitus *consecratam* vult sacrificiis, i. e. sanguine piaculari conspersam quemadmodum bene explicat Rec. Svecus *til försoning kstryka* — quod Fennice sonaret: *sovinnoxi vibkiä*; Levit. all. loc. simpliciter *sacrificare*, *ubraman* valeret; nam statuitur, sacrificia piacularia & pro delicto oblata sacerdotibus propria mansura.

His vero ex Genesi & Exodo prolatis exemplis, in quibus, Historicos libros quod attinet, jam subsistimus, in promptu esse judicamus cuilibet, antiquam nostram Fennicam cum textu Hebræo conferenti versionem, non omnino multas nec graves omnes esse discrepantias, quibus a textus veritate recedit laudatissima hæc versio. Si ergo ceteris in libris Historicis operam suam collocare quispiam voluerit, quod utique summo in rem Sacram affectu optamus, patebit certe utriusque harmonia apertius multo, quam opinentur nonnulli, Sacrarum litterarum ignari. Nos autem ad Poëtica scripta veteris Fœderis, utpote in transferendo & interpretando aliquantum difficiliora, pedem promoventes, non eandem quidem vernaculæ nostræ versionis observavimus facilitatem sive exactitudinem omnibus in partibus, iis maxime quæ tropicas dictiones habent intextas; sed plerisque in locis atque universa oratione limpidus fuit verborum ordo & sensus.